VERSI
DI AUGUSTO BARTHELEMY
A QUINTINO GUANCIALI
RISPOSTA
ED ALTRI COMPONIMENTI
DEL GUANCIALI

A GIUSEPPE DEVINCENZI

Intitolo a te, mio dolcissimo amico, i versi che Augusto Barthelemy scrivea intorno il mio Hahnemannus, *ed il carme latino, che di ricambio alla cortesia di quell'illustre francese io pubblicava parecchi anni or sono nel Lucifero, e che ora torno a mettere a stampa con alquanti altri miei lirici componimenti. E quantunque la nostra amicizia sia tale da non richiedere questo pubblico testimonio, perchè tu sai di quale amore e per le doti del tuo cuore, e pel tuo nobilissimo ingegno io t'abbia sempre proseguito qui ed altrove, purtuttavia amo che in questa congiuntura vadano queste pagine abbellite del tuo caro nome. E ben ricorderai come in quel mentre che un ardente amore spingevati in mezzo a' Congressi italiani per l'incremento delle arti e delle scienze, lietissimo io andava della bella ed onorata fama che te ne veniva, e m'ebbi come propri i tuoi trionfi. E posciachè quell' istesso amore ha per modo in te operato da renderti caldissimo propugnatore delle italiane riforme, e collocarti tra i più chiari e benemeriti cittadini di questa cara Italia, con*

*

tutta l'ardenza del mio cuore entrai a parte del suffragio e della laude tribuita al tuo patriottismo, ed al coraggio civile di quanti altri egregi diedero con te opera pel grande risorgimento italiano. Per me se vi è cosa di che possa consolarmi nelle povere mie fatiche letterarie, è l'avere intraveduto in quel mio poema sul settimo Congresso degli scienziati italiani tenuto in Napoli nel 1845 quel gran principio dell' Unità Italiana, e ch'io mi studiai ritrarre ne' pochi versi che qui giovami ricordare:

. . . . . Quoniam uno sanguine cretis
Nec tantum vox una sonat, mos unus, et idem
Pectora vincit amor, sed cultu, et ritibus iisdem
Conciliat nos una fides, venerandaque patrum
Unica relligio fraterno foedere junctos.

E tu ben conosci quanto que' Congressi valsero a dar moto allo svolgimento del gran concetto della Italica Unità, che dal Tronto al Cenisio informa ora le menti di tutti

gl'Italiani. — E pure quel mio poema qui subì tutt' altro destino, e con dolore dell' animo mio ebbi ad esclamare: Paulum sepultae distat inertiae! *Mi fu forza attignere altrove le mie ispirazioni, e sollecitando i mani degli estinti scrissi un' ode in morte del sommo filosofo di Tropea, la cui sapienza bastò a tener desta la fiamma ne' calabri petti, e perchè quel canto d' un'emula virtù scaldato avesse i cuori a que' nostri Abruzzesi sparsi in quelle classiche ed antiche regioni de' Sanniti, de'Marsi, de' Frentani, de' Vestini, de' Marruccini, de' Peligni, che con invitto valore e santa carità di patria contribuirono tanto all'unità di quel vasto impero latino. Scrissi pe' casi miserevoli di que' prodi Lucani, che nè per orrendo scuotimento di terra, nè per feroce dispotismo di umana nequizia vennero meno alla grande impresa. E di buon grado pubblico ora un brano d' un mio poemetto inedito che diressi a Parigi a quel nostro carissimo Candido Augusto Vecchj, che oggi valoroso campione dell' Italia militante fa bella mostra di sè col senno e con la spa-*

da. Ed è un quadro in cui ritraggo la giovane ebrea Vittoria Della Ripa, che si era a lui fidanzata, miracolo di virtù e di costanza inaudita nel contrasto dell'amore che potentemente erasi appreso al suo cuore, e del principio di religione, che quelle nozze vietava. Troverai in ultimo pochi versi per Lablache, che pieno il petto di celesti armonie fe' risuonare per tutta Europa l'eco de' mesti cuori italiani. Forse questi componimenti ti giugneranno nuovi: fa di leggerli di buon viso, e compatiscili. E faccia Iddio che cessi per sempre quell'incubo, sotto la cui pressione smarrivasi e mente e cuore, e ch'io possa riunire le forze del povero ingegno mio, e ripromettermi di tal lavoro che non giunga discaro a te, o valente e benevolo, ed a questa Italia nostra.

Sta lieto e sano, ed ama come fai

Napoli 20 Settembre 1860.

Il Tuo Amicissimo
QUINTINO GUANCIALI

A MONSIEUR QUINTINO GUANCIALI

AUTEUR

DU POËME LATIN, *HAHNEMANNUS*

AUGUSTE BARTHELEMY (*)

Sitôt que le hasard a jeté dans mes mains
Tes poétiques chants dignes des vieux Romains,
Tel qu'un homme altéré d'une onde salutaire,
J'ai vidé jusqu'au fond cet enivrant cratère,
Et j'ai cru retrouver l'extatique nectar
Que Virgile servait aux lèvres de César.
Je n'ai pu maîtriser ma docte intempérance;
Car je savoure peu l'hypocrène de France,
Qui semble, de nos jours, comme un ruisseau grossier,
Jaillir des pieds d'un âne et non du grand coursier;
Je suis las de lapper cette ignoble pâture,
De boire au robinet d'une littérature
Qui pour désaltérer des abonnés gloutons,

(*) Dal Lucifero — anno VII, n. 29.

Périodiquement coule par feuilletons.
Aussi, dès qu'a jailli ta merveilleuse douche,
Quel délice pour moi de m'y rincer la bouche,
Et de perdre le goût des breuvages amers
Qu'ici l'on administre en prose comme en vers!
Poëte d'Hahnemann! grâces te soient rendues;
Reçois le digne fruit de tes veilles ardues;
Ton sein peut se gonfler d'un légitime orgueil
Pour la Muse latine arrachée au cercueil;
Ose donc dépouiller ta sainte modestie,
L'Europe a salué ton homoeopathie.
C'est peu que l'Italie où tu reçus le jour
Applaudisse, à deux mains, l'enfant de son amour;
C'est peu que l'Allemagne au front pédant et chauve,
Ait souri sur tes vers, entre sa barbe fauve;
Même dans notre France il est de bons esprits
Qui de ton oeuvre insigne ont exalté le prix,
Et nos vieux professeurs du fond de leur école
Ont sur ton jeune front arrondi l'auréole (2).
Moi surtout qui jamais, littéraire Sinon
Des grands maîtres latins ne parjura le nom,
Moi qui durant un lustre ai pétri mon argile,
Hélas! pour copier le bronze de Virgile,
Et dont en ce moment le vers alexandrin
Assiége Juvénal autre idole d'airain,
Moi surtout, en lisant tes puissants héxamètres
J'ai senti ce que vaut le rival de ces maîtres,
Qui, dans huit vastes chants, a su marcher débout
Toujours ferme, abondant, sonore jusqu'au bout.
Comment, sans crevasser ton visage de rides,
As-tu poëtisé tant de détails arides?
Comment as-tu plié, par mille efforts constants

Une matière neuve aux formes de vieux temps?
Un seul homme, Lucrèce, aux jours de Rome antique
Aurait pu consommer cette tâche athlétique,
Et dans l'ère moderne, à peine Fracastor
Eût de tant de beautés épanché le trésor.
Qui donc t'a révélé l'ineffable mystère
D'un culte antique et saint que chaque jour altère?
Si j'en crois ce qu'on dit dès ton âge enfantin,
Tu vagissais des mots en langage latin:
Bien souvent ta nourrice, aux mamelles fertiles,
S'effraya de t'entendre exhaler des dactyles,
Et de te voir, avant l'âge de la raison,
Sucer avec son lait, une conjugaison.
Depuis, en atteignant la jeunesse robuste,
Tu recitais par cœur tout le siècle d'Auguste.
Tu ne peux expliquer ni Byron ni Schiller,
Mais le texte de Perse à tes yeux est fort clair,
Toute langue vivante est pour toi langue morte;
Si ce recit est vrai, c'est merveilleux, qu'importe?
Qu'importe d'écorcher, plus ou moins proprement,
Le Français, l'Espagnol, l'Anglais ou l'Allemand?
Garde-toi d'altérer, enfant du Pausylippe,
L'ignorance qui fait ton admirable type:
Dans ton étrangeté demeure sans rivaux,
Poursuis le docte cours de tes poudreux travaux;
Qu'en poëmes latins ton génie étincelle,
Il est beau de parler la langue universelle,
De sauver, d'illustrer, de répandre en tout lieu
L'idiôme éternel qu'on ne parle qu'à Dieu.

Paris 20 Juillet 1844.

(1) NOTA DELL' EDITORE DEL LUCIFERO.

Valga per tutti l'autorevole giudizio di Villemain che richiesto da Duranges intorno al Poema così si esprimea—qu' il n' avait jamais savouré une si belle latinité qui paraissait être niée a'ceux qui ne vivaient pas dans le siècle d'Auguste, ou de Lion X ec.

Stimiamo inoltre riprodurre due epistole latine, l'una con che l'immortale Anemanno così riferisce grazie all'autore:

VIRO DOCTISSIMO DOMINO QUINTINO GUANCIALI
SALUTEM DICIT SAMUEL HAHNEMANN

Mille tibi gratias ago de tuis in Homoeopathiam collatis meritis in pangendo carmine epico, quod verae tandem et unicae hujus medendi artis ortum, fata, et naturam graphice describit stylo apprime Lucretiano, rarae eruditionis monumentum nunquam delebile. Lutetiae Parisiorum. A. D. MDCCCXL.

L'altra dell'Accademia Reale di Scienze e Lettere di Parigi, la quale dà savissimo giudizio dell'opera, ed amorosamente significa all'Autore l'accettazione fatta del Poema in quella Biblioteca in queste parole:

INSTITUTUM FRANCIAE
ACADEMIA REGIA INSCRIPTIONUM, ET LIBERALIUM
DISCIPLINARUM
CAROLUS ATHANASIUS WALCHENAER, L. B.
ACADEMIAE PERPETUO A SECRETIS
VIRO CLARISSIMO QUINTINO GUANCIALI S. P. D.

Accepit Academia librum tuum cui titulus—Hahnemannus etc. etc. Adjunctae erant ad me missae litterae egregiam erga nos benevolentiam tuam ostendentes. Quibus duabus rebus a te nihil nobis potuit afferri gratius. Itaque Academia decrevit cum librum tuum multis luminibus ingenii, multa arte distinctum, et illo antiquorum hominum stylo, et elegantia redolentem inferri in Bibliothecam nostram, et tibi a me significari tuum nobis munus et optatissimum, et jucundissimum accidisse. Vale. Dabam Lutetiae Parisiorum MDCCCXLII.

E il Presidente della Società Omiopatica Gallicana Dottor Croserio scrivendo a quel valoroso Francesco Romani intorno al Poema

contesta così all'Autore le più liete gratulazioni di quell'illustre Anemanniano Consesso - Aussi combien n'-ai-je pas éprouvé des délicieuses émotions, des extases ravissantes en lisant le magnifique poéme épique de monsieur Quintino Guanciali ! Vous avex bien raison de dire que ses vers ressemblent à ceux de Lucrece, et de Fracastoro: Je trouve que dans quelques passages il les a surpassès; dans d'autres il imite les plus beaux passages do Virgile : Il manio avec un égale bonheur le style sublime do l'épopée, et la douce melodie do l'Idyle... Je no doute pas que les savants Allemands ne cherchent à se procurer un poéme dans une lanque qu'ils connaissent bien, et qu'il rendent justice a son merite remarquable... Je vous prie de présenter mes sinceres complimens à l'illustre poéte, et ceux dos Homoeopathes pour le monument vraiment *aere perennius* qu'il a élevé a l'Homoeopathie ec. ec.

VATI CLARISSIMO

AUGUSTO BARTHELEMY

QUINTINUS GUANCIALI (*)

Quis sonitus nostras percussit leniter aures,
Et quae trans Alpes diverso sidere missa
Vox imo sub corde meat, totumque requirunt
Harmoniae pectus? Tu gallicus incola motus
Hos animi tam sponte refers, haec pignora solvis,
Et te tantus amor nostri et fiducia caepit?
Tuque haurire potens magnis e fontibus haustus,
Atque tua suetus fontes deducere vena
Ad tenues nostros potuisti accedere rivos?
Et dum Virgilii tibi tanta, et certa facultas
Viscera nudare, et fibras penetrare per imas,
Et nunc arguto Juvenalem vincere plectro,

(*) Dal Lucifero — anno VII, n. 30.

Quid dignum profert *Hanhemannus* vindice tanto,
Viribus imparibus, nec, ut illi, magna professus?
Sed quibus, o rerum vates cultissime, nunc te
Laudibus attollam, et grates qua voce rependam,
Si quando nostri blanda dulcedine captus
Indulges, Latiique observantissimus aequi
Das operam servare fidem, normamque loquendi,
Quam nova barbaries, et nunc temeraria turba
Fas omne abrumpens iterum vertigine tentat
Informi miscere Chao novitatis amore!
Atque equidem Latii afflatus tu numine sancto
Deprimis audaces ausus, et spicula contra
Intorques, sacra trudens ex arce profanos.
Jura ministerii eloquio digesta latino
Integra principiis, et non abolenda per oevum
Per te tuta manent; commercia docta Maronis
Dant faciles adytus quo manat divite fonte
Eloquii lepor, et quae vis, et forma loquendi.
Sic haeret, flagratque animo reverentia linguae,
Et tibi dulce sonat verbum, mulcetque sonora
Vox Latii, quae corda trahens spiramine, sensus,
Affectusque regit, vel tamquam missile telum
Illabens animis torquet, miscetque, trahitque,
Et quatit, et complet sacra formidine pectus.
Hac potuit quondam praeclarus nomine vates (*)
Avia pieridum, et tantum loca plena Lucretii
Auspiciis peragrare novis, et tela reflectens
Tramite diverso potuit petere inde coronam,
Unde prius nulli velarint tempora Musae.
Sed nunc labentis reparas dum jurgia saecli,

(*) Polignac.

Et causas agitas priscos non temnere patres,
Est quoque summa tibi laus, atque ego corde, animoque
Sentio jam captum, et vinctum tibi foedere amoris,
Ac penitus tua verba manent sub pectore fixa.
Nec tantum officium hoc, et doctae munera linguae
Te celebrant nunquam periturae laudis honore;
Sed quae fama volat de te, lateque per orbem
Insequitur nomen, dum gallica sidera plectro
Pulsas, ingenioque tuo mens libera freta,
Et majora canens volvit quae saecula currunt,
Quae studia, et mores sibi vult solertia saecli?
Omnia musaeo contingis facta lepore,
Atque adeo numeros pleno de pectore promis,
Carmina sic aptas lyricis, fidibusque canoris,
Ut qui pertentet tecum contendere cursu
Daedaleis caelo fidit se credere plumis,
Sequanicis caeca vertigine ut obruat undis.
Tu patriae decus, et tu maxima gloria gentis,
Sublimis genio, ac aquila alis acta superbis,
Si nil Musarum studiis foret incrementum,
Sufficeres tantum, columenque, et firma columna.
Sic merito lauri redimitum fronde virentis
Nobilis immiscet superis te palma, per annos
Haud unquam passura vices obnoxia fato;
Perque tuas sine labe comas innexa corona
Irradiet fulgore magis: per saecula servet
Tam cari capitis nomenque, et munera vitae.
Sed mihi quantumvis non invidere Camaenae,
Et non ingratae latices fluxere latinae,
Vix jam pubebat prima lanugine vultus,
Ah! nescis dulces lymphas quae nigra venena
Turbabant puero; nescis, proh numina sancta!

Qui vitae casus, et quae vis aeffera fati
Otia Musarum, et rerum commercia rupit.
Sed me mirus amor studio pervicit anhelo,
Propositumque tenax quemvis perferre laborem
Contra obluctari mentemque animumque suasit.
Belligeros odi sonitus, atque horrida bella,
Nec nostras aures tenuit cantamine Siren;
Ast hominum labefacta salus, vitaeque repertum
Dulce ministerium mihi plectra modosque reclusit;
Magnanimumque Virum cecini, qui dogmata volvit
Nil mortale sonans, potuitque agnoscere causas,
Principiumque novum, quo manat vita, salusque.
Nescio quod caeptis subrisit numen amicum,
Et late sapientum (haec est sperata voluptas)
Ingenii vires vox non ingrata refecit.
Sed tua jam nuper tam certo pignore missa
Carmina, judiciumque datum, et sententia mentis
Sic cupidos ausus, animosque implevit aventes,
Ut nunquam mihi laudis honor, phoebique voluptas
Gratior illabens sub pectore fluxerit imo.
Quid si nostra tuis (tuque excipe vota precantis)
Carmina versa modis, patrioque aspersa lepore?
Si molem infirmam fulgentibus aere columnis
Attolles, massamque iterum si spiritus afflans
Gallicus intus alet, formamque sub arte reducet,
Voce tua, et fulgore novo labor ipse coruscans
Firmior assurget: plusquam vox itala promens
Gallica ubique sonat: tanto tunc auspice fretus
Ore feror populi lateque poeta salutor.

IN OBITUM

PASCHALIS GALLUPPI

ODE

Ergo vivida vis animi pervicit, et extra
Processit longe flammantia moenia mundi.
Lucr. de rer. nat. lib. I.

Compage discors corporea Sophi
Dum solvitur mens, lumine quae facis
Inserta per fibras trahebat
Secum animos, aluitque mentes,

Quis non relabi sentiat ingenî
Vires, nec illi nunc sociabiles,
Et temperato corde motus
Sustineat cohibens dolorem ?

Et quae supernis denique sedibus
Mens constitit! mens cui toties polum
Tentare concessum, repostas
Itque vias, rediitque victrix!

Ac in supremum se artificem altius
Fixit, potentes intuitus alens,
Omnesque se circum recepit,
Queis renitent Superi, colores.

2

Puroque labens tunc vigor aethere
Se se per artus inseruit Sophi,
Flammis et hinc arcana promens
Spiritus emicuit receptis.

Unde ipse nobis pectore fervido
Afflans, quis alte terminus haereat,
Finita nunquam quae potestas
Rettulit, explicuitque causas :

Miroque vires ordine simplices
Mentis revolvens, ac animi notans
Quae sit facultas, unde certo
Principio, et ratione libret

Se mens reclusit, quum tenebris procul
Intaminato semina dogmate
Deprompsit, evicitque sortes,
Et Sophiae meritos honores !

Perque italorum corda fidelium
Lux igne sacro corripuit gradus,
Lumenque reflexum Britannos,
Et gelidos tenuit Triones.

Ostendit ultra gentibus undique,
Quod, si modo Mars brachia vinxerit
Pacatus, huc, haud ipsa segnis,
Huc ratio quoque tela vibret.

Sed quidve majus, proh Superos ! bonum,
Quam jure pacto hoc foedere civico
Sic imbui doctrina, alique
Pectore composito quieti ?

Quid praeliantes Martis acinaces,
Si post triumphos saepe tument Duces,
Fiunt tyranni, et dehinc superbis
Verticibus quatiunt coronas?

Sunt illa pacis semina, et otii
Foecunda, virtus cedere nescia
Permanat ex his; sic et ille
Legibus edocuit supernis;

Sic ut repelli dura necessitas,
Irae, metusque, et livor edax queant,
Dum tot pericla, ac ipse fatum
Horruit impavidus supremum.

Sed tanta nostri gloria nominis,
Pars et recentis roboris itali
Dum concidit, cui nunc potestas
Hos patriae revocare fastus?

Abstrusa venis seminis integra
Vis illa serpit! Parthenope, tuus
Praesens honos urget, nec unquam
Degeneres animos fatigat;

Hinc aestuosae docta Calabriae
Pubes, et illi qui gelidas tenent
Nicatis (*) oras, spes et omnis
Italiae, et series nepotum

Nunc damna fati, et vulnera patriae
Virtute saltem, ac artibus integrant;
Et laúdis aeternans honores
Dat Genius stimulos, et ausus,

(*) Mons in Aprutio Theatino vulgo *dictus Majella.*

Atque hinc, et illinc exagitans faces
Immiscet ignem viribus ingenî,
Et mentis haud unquam remissum
Proferet imperium per aevum.

IN LUCANIAE TERRAEMOTUM

ODE

Audistis, et quo funereae gradu
Cladis, sub alta quot lacrymabiles
Compage disjecta Penatum,
Atque gravis sonitum ruinae ?

Nec damna fati, nec satis asperae,
Quas labe saecli nunc patimur vices !
Natura sic discors supremum
Gentibus exitium minatur ?

Concussa Tellus vix trepidos sinus,
Motusque sensit Parthenope novos,
Se quisque et in veros timores
Colligit, extimuitque lethum :

Vertit Vesevo lumina, et anxius
Quod non coruscis aestuet ignibus,
Et comprimat bilem, unde caecos
Terra suos recipit furores.

Sed vis per imos illa potentior
Telluris artus, et furialibus
Distracta flabris, atque causae
Tot socians elementa pravae,

Emensa raptim Vulture in Appulo
Sese latebris insinuat cavis,
Et montis hinc urgens inertem
Congeriem foculis reductis

Quatit: sed afflans it loca dissitus
Ubique subter spiritus igneus,
Et Terra circum fit repente
Horrisono tremefacta motu.

Abscissa nutat cardine et axibus,
Suisque discors ponderibus datis,
Quidquid superne, et quidquid extra
Rejicit e gremio dehiscens ;

Citoque valles, fluminum et alvei,
Crebro et volucrum frondiferae domus
Ictae, repercussique colles
Motibus insiliunt receptis;

Atque hinc et illinc maenia, et urbium
Convexa magnis acta tremoribus
Cedunt, reluctantes trabesque
In loca si redeunt, recedunt,

Pugnantque frustra, et machina funditus
Librata nullo pondere virium,
Atque omnis in praeceps reclinat
Dissidio labefacta moles.

Heu quae supremae Gentibus Appulis
Stetere sortes, atque animantium
Quae fata! Sed caedis referre
Mens refugit mala luctuosae!

Durum paratos si manet ultimae
Nos hora lucis! Sed quid atrocius
Quam subter instantes ruinas
Oppetere, et nece subruente,

Secum fidelem cernere conjugem,
Dulcesque natos, nec morientibus
Saltem vale? quin et domorum
Molibus impositis frequentes

Dabant querelas: quique superstites,
Sensuque lapsi non habitabiles
Sedes relinquunt, et requirunt
Attoniti per aperta, campos;

Minax sed ipsa, et sub pedibus fremens
Tellus hiatus, credite Posteri,
Recludit, et nox atra crebris
Insuper incubuit procellis:

Hinc aestuosis Aufidus irruit
Undis, et illinc bile tumet lacus,
Et cuncta tunc praesens minantur
Funditus in barathrum resolvi!

Pejusque restat quid miseros pati
Jam nunc egenos patriae, et omnium,
Nec secum habentes, unde solvant
Vota Deo, simulacra Divûm?

Sed ipsa praesens Relligio tamen
Levamen affert, et Pietas comes
Certat benigno fata vultu
Vertere, et in melius labores.

RELIGIO ET AMOR (*)

Cui nunc vis animi miserandae fata puellae
Dicere, et aerumnas nunc memorare suas?

Postquam dilecto genitor divulsit amanti,
Et data perjuro vanuit ore fides,

Heu quantis jactata malis, atque anxia curis
Quam magis ipsa sui vulnera cordis alit!

Uritur infelix, jam te suspirat ademptum, (**)
Et tunc solliciti plena timoris amat;

Nam timet absentem ne te male cauta puella
Altera blanditiis vertat, et igne novo;

Et dubiae menti tu das alimenta timoris,
Nam scit quae tibi vox ingeniosa sonat,

(*) Ex Poemate, cui titulus — Epitome Odysseae Candidi Augusti Vecchj.

(**) Videlicet suum Candidum Augustum.

Quid potes ex oculis, et quid pulcherrimus ore,
Utque tuo facilis pectore spirat amor.

Haec nova crudescit cordi lethalis arundo,
Et gelidus coluber torquet alitque sinum.

Fertur in insanum tecum indignata furorem,
Incusatque tibi cur maculata fides;

Seque odit, primique diem execratur amoris,
Ex quo ferales invaluere faces,

Excussisse suo quas nunc e pectore vellet,
Te nosse et nunquam, vel placuisse minus.

Sed tua nunc virtus animo, moresque recursant,
Et tam constanti gaudet amasse fide,

Et redit ante patrem si tandem flectere possit,
Nunc tenet amplexu, nunc cadit ante pedes,

Atque orat plorans virtute et sanguine clarum
Ut sibi te generum consociare velit.

Nec gemitu natae, precibus nec flectitur ullis,
Durior est scopulis, nec fera corda domat.

Horribili super aspectu, vultuque minaci
Relligio instabat ferrea vincla tenens.

Tunc magis ipsa suo furit excruciata dolore,
Atque manu pectus plangit, et ungue ferit:

Incassum Faustina comes blanditur amicae,
Incassum lacrymas tergit ab ore suas,

Notaque Sirenis damnat cantamina et artes,
Atque odit sidus, Parthenopaea, tuum,

Unde mali labes , atque immedicabile vulnus,
  Nulla salus, miserae certa ruina fuit. . .

Interea lacrymis nimium tenuantur ocelli,
  Membraque deficiunt jam labefacta malis,

Occupat et vultum macies jam turpis , imago
  Jam jam praesentis pallida mortis erat !

Sed noctu magis illa dolet, jam febre citata,
  Et curas geminat quam violentus amor;

Atque suis tua saepe oculis occurrit imago ,
  Et redeunt animo forma , decusque tuum ;

Saepius et te illi perjurum insomnia monstrant,
  Oblitumque sui jam violasse fidem,

Atque alios jamque ante aras jurare hymenaeos. . .
  Tunc sibi funereas cernit adesse faces.

Talibus et curis , serieque agitata malorum ,
  Spes quoniam miserae nulla salutis erat,

Vix primos Aurora suos recluserat ortus,
  Et quali heu fulsit luce sinistra polo !

Assurgit furibunda toro, et transversa requirens
  Intuitu coelum talia verba dedit :

Quid mihi vitales aurae , quidve aetheris haustus
  Prosunt, quid nimium lux inimica juvat ?

Tu qui mortales moderari legibus aequis
  Diceris has iras perniciemque feres ?

Quae mihi culpa, Deus, genitam de gente vetusta
  Si prohibent Chrysti dogmata posse sequi ?

Et mihi mens fuerat sacras accedere ad aras,
Dicere mutata mystica verba fide.

Hei mihi! nil casto flagrans sub pectore virtus
Profuit ! ingenium quidve aluisse meum ?

Nil valuere artes , et nil sermonis honores ,
Atque Ghibellinum per tria regna sequi.

Oh quoties tua fata legens, o miserrimma conjux, (*)
Implevi lacrymis imbre cadente sinum ! . .

Forsitan haec aliquis quondam mea fata revolvens
Effundet lacrymas, et pia verba dabit.

Haec ait, et silet, obtutuque immobilis haeret. . .
Sed jam certa mori est, jam metus omnis abest.

Atque oculos flectens huc illuc , cernit amantis
Efficiem , et stimulis tunc lacerata novis :

Quid faciam? rursum experiar nunc fallere patrem,
Et spargam miseri viscera felle senis ?

Insequar anne illum notas Sirenis ad oras
Concidat ut virtus , virgineusque pudor ?

Quin morere infelix ! lethoque averte dolorem ,
Ibis et ante oculos ceu levis umbra suos.

Haec ubi dicta statim gelidas se jecit in undas,
Laesit et in scopulos, heu miseranda ! latus.

Extemplo maestis resonat plangoribus aether ,
Questibus et resonant interiora domus ;

(*) Francisca Ariminensis.

Atque tremens corde, et genibus Faustina cucurrit,
Attonitus, praeceps adfuit ipse pater,

Incusatque Abraham, et primaevi foederis arcam,
Incusat Moysen, juraque prisca patrum,

Inque suae gentis caput omnia fulmina poscit,
Judaeos poscit perdat ut una dies.

Collapsam excepit gremio Faustina, fovetque
Sedula, et effusas arcet ab ore comas;

Liventesque artus tractans afferre levamen,
Atque salutis opem certat amica manus.

Insuper et genitor, cui fregit pectora tandem
Et natae virtus, exitiumque recens,

Spem revocat dictis, optatque videre beatam,
Nec vetitos thalamos, conjugiumque fore.

Sic passim et vitae calor, et revirescere sensus
Caepit: spes tantum blanda medela fuit!